

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241110-p0001-5

Sammelband von Diss

U.q.19,5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241110-p0002-0

VII.

# CONCLUSIONES DISPUTATIONIS VII.

# DE AUTORITATE TUTORUM, ET NONNULLIS COGNATIS MATERIIS.

*PETITAE*

*Ex 21. 22 23. 24. tit. lib. 1. Imp. Inst. iunctis concordantib. I.C. textib.*

QUAS

*Aspirante divini numinis aura*

SUB PRAESIDIO

*Nobiliss. atq; consultiss. viri*

Dn. ARNOLDI DE REYGER I. V. D. ET IN ILLUSTRI SALANA publici Pandectarum professoris dignissimi privati exercitii gratia excutiendas proponit, ac pro ingenii tenuitate propugnare studebit

*XI. Cal. Sextil. hora locoq; solitis.*

IOACHIMUS ALOSS.

IENÆ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO CIↃ IↃ XCIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241110-p0003-6

*ANTIQVA GENERIS PROSAPIA, SVMMA eruditione & autoritate, ac diuturna multarum rerum experientia*

NOBILISSIMO
VIRO,

*D. ABRAHAMO BOCKIO*
in Kliphausen & Salhausen

Illustrissimi Septemviratus Saxonici Consiliario primario,

*Domino affini & fautori suo multis nominibus venerando*

Hoc ocii literarii monimentum
Militiæ legalis tyrocinium
Debitæ observantiæ testimonium

*O. D. C.*

I. A. L. R.

C. D. E. A.

*Transitio.*

Post tutorum constitutionem & varietatem explicatam, de ipsorum autoritate dispiciendum est.

## CONCLVSIO I.

AVTORITATEM PRAEstare tutores dicuntur, cùm expressè probant id quod à pupillo agitur *a*, si modo quale sit intellexerint *b*.

a *l. 3. ff. de autorit. & cons. tut. vel curat. Cuiac. in parat. ff. & C. eod. Hinc auctorari, auctorem fieri autoritatemq; interponere significat. l. 4. ff. h. t. l. huius actionis 9. ff. quod fals. tut. auct. & dicere seu probare id quod agitur d. l. 3. ff. hic.*

b *l. 14. non multum ff. hic. Rectè itaq; definitur autoritas expressa probatio eius negocij quod à pupillo præsente tutore administratore gestum est. Hottom. & Dd. ad rubr. Inst. hic. Hinc etiam mutum & surdum tutelæ munere fungi non posse traditum legimus. l. 1. §. pen. & ult. ff. de tutel.* Cuiac. ad l.

2.

Et hæc autoritas in contractibus omnibusq; negociis, unde damnum pupillo oriri posset, intercedat, necesse est *c*.

c *text. in pr. I. h. t. l. 4. C. de autorit. præstand.*

3.

Secus si pupillus stipulando aut per traditionem accipiendo sibi acquirat *d*.

d *in pr. I. h. t. l. 1. C. de aut. præst. Marcell. in l. 11. pupillus de acquir.*

*de acquir. rer. dom. Caius in l. 29. contra Iuris. in pr. de pact. §. nunc admonendi vers. at ex contrario ℐ quib. alien. lic. vel non. Plaut. in Rudent. Nullum est periculum quod sciam stipularier, & consequenter pupillo est permissum §. pupillus. ℐ. de stipul. l. obligari 9. ff. hic.*

4.

Licet enim ipsi etiam absq; tutore conditionem suam meliorem reddere, deteriorem verò minimè *e.*

e *d. pr. l. hic d. §. pupillus ℐ de stipul. d. l. 11. de acquir. rer. dom. alleg. l. contra Iuris in pr. de pact.*

5.

Hinc sine tutore auctore nec hereditatem, quantumvis lucrosam adire potest *f.* Hæc enim prima fronte utilis quidem potest apparere, in effectu tamen esse damnosa, propter actiones, quæ ultro citroq; competunt *g.*

f *§. 1. neq. tamen I. h. t. l. mora 8. de acquir. vel amitt. hered. d. l. 9. obligari ff. hic.* g *§. extraneis I. de hered. qual. & diff. l. si hereditatem 32. ff. mandati l. quoties C. de her. inst.*

6.

Sufficit porrò unius tutoris administratione fungentis intervenire autoritatem, quantumvis plures dati sunt, nisi de communi tutelæ negotio, quod omnes tangit, agatur, aut nisi tutela divisa sit *h.*

h *l. 4. etsi pluribus ff. hic. l. 5. Veterem dubitationem C. eo. VVes. in parat. ff. eod. n. 3.*

7.

Et oportet ipsum statim ipso in negocio præsentem autorem fieri: alioqui post tempus, aut per intermedium organum nihil agit *i.*

i *§. pen. tutor autem statim I. h. t. d. l. obligari 9. §. pen. ff. eod. l. si id quod 7. in f. de rescind. vend. l. nunquam. 32. de usucap.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241110-p0006-3

*cap. l.si quis mihi 25. §.iussum de acquir. hered. Hottom. ad d. §. tutor. I. hic Donell. 3. comment. 13. cap. VVesenb. in parat. d. l. 9. n. 5. ff. h. n. t. Cuiac. 13. obser. 31. Borch. ad. §. pen. I. h. t.*

8.

Et hæc locum habent, quando pupillus cum alio non autem cum tutore rem gerit aut contrahit: Nam tutor in rem suam auctor fieri minimè potest *l.*

l *l. 1. ff. h. n. t. §. 3. f. I. hic. l. qui iurisdictioni 10. de iurisd. l. 1. & 7. ff. eod. l. un. C. ne quis in re sua.*

9.

Hinc ergo si inter pupillum & tutorem iudicio agendum est, ad litem curator dari solet, quo interveniente iudicium peragitur, quo peracto curator esse desinit *m.*

m *d. §. f. I. h. t. l. 3. §. 2. ff. de tutel. tot. tit. C. de in lit. dand. tut.*

10.

Finis autoritatis est, ne pupillus ullum damnum habeat *n.* Effectus ut autoritate interveniente contractus valeat (quamvis restitutione in integrum ob læsionem interdum rescindatur *o*) non interveniente nullus sit *p.*

n *§. 1. verb. ne ullum Inst. h. t.*

o *tot. tit. C. si tut. vel curat. inter. l. impuberes 13. h. t.*

p *VVesenb. in paratit. n. 6. ff. hic per l. 3. C. de in integr. restit.*

11.

Expedita hactenus triplici tutorum differentia eorundemq; potestate & authoritate, operæpretium quoque erit scire pugnantia seu modos finiendi tutelam. Quibus modis tutela finitur.

12.

Ac primo quidem finitur tutela, pubertate pupilli *q*, quæ explosa per Iustiniani constitut. veterum animadversione, in masculis post XIV. in fœmellis post XII. annum completum pensatur *r.*

 q *text.*

q *text.in pr. I.h.t.l.1.C.quand. tut. vel curat. esse desin.*
r *l.f.C.d.t.Cic.1.offi.Macrob.Saturn.1.c. 6.*

13.

Secundo arrogatione *s*, Nam transeunt arrogati in potestatem & familiam arrogantis *t*.

s *§.1.I.hic l.si arrogati 14.in pr.ff. de tutel.*
t *§.3.I.de adopt.l.nec ei 17.ff.de adopt.& emancip.*

14.

Tertio deportatione *u*, Etenim deportati civitatem omniaq; quæ sunt juris civilis, amittunt *x*.

u *d.§.1.I.h.t.d.l.si arrogati 14.*
x *§.2.I.de cap.dem. §.1.I.quib.mod.ius pat.potest.solv.*

15.

captivitate seu servitute ... tollitur sed suspenditur si ab hostibus ... pp. ...

Quarto servitute *y*: Quinto conditionis existentia *z*: Sexto morte pupilli vel tutoris *a*.

y *d.§ 1.I.h.t.d.l.14.de tutel.*
z *l.8.§.1.de test.tut.l.3.§.1.de administ.tut.§.2.I. hic.*
a *§.simili modo 3.I.h.t.l.4.de rat.tut. distrah.*

16.

Septimo capitis diminutione maxima & media tutoris testamentarii, dativi & legitimi *b*: minima legitimi tantum *c*.

b *§.sed & capitis 4.I.hic.*
c *l.7.ff.de cap.min.§.f.I.de leg.ad agn. tutel. Mynsing. I.h.t.d.§.sed & capitis.*

17.

Octavo finito tempore, ad quod testamentarius tutor fuit datus *d*: Nono remotione, ob id quod suspecti visi sunt, vel quando justa ex caussa se excusant, onusq; administrandæ tutelæ deponunt *e*. vid. Corolar. 11 ...

d *§.5.praterea I.h.t.§.2.I.de Attil.tutor.*

e §.f.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241110-p0008-4

e *§.f. desinunt etiam I. hic d.l. si arrogati 14. de tutel. gl. in l. verum §. ex facto ff. de minorib.*

18.

Postrema finita sic tutela tutori incumbit rationem rerum à se gestarum plenam reddere, idq; coram iudice competente, tametsi coram viris bonis & calculi expertis per iudicem ad hoc datis id etiam fieri posſit *f*.

f *l. 1. § officio. & pass. tot. tit. ff. de tutel. & rat. distrah. l. 11. ff. Vbi pupilli educ. debent. § f. I. de Attil. tut. l. rationes C. de administr. tutor.*

19.

De tutelis disseruisse hactenus sufficit, de cura, ut nunc disputemus ordinis ratio flagitat. **De curatoribus.**

20.

Cura autem sive curatio (sic enim Iustinian. in §. 2. in f. eod. appellat.) à curando dicitur. Estq; potestas ad curanda bona minorum vel eorum, qui suis rebus præesse non posſunt *g*. jure civili constituta, *h*.

g *pr. tit. I. de curator.*

h *D. VVesenb. ad rubr. h. t. n. 2. ad fin. Et in parat. ff. de tutel. n. 7.*

21.

Qui hanc potestatem habent curatores dicuntur: quorum duo sunt genera: alii namque legitimi, alii dativi: Illi à lege dantur proximis agnatis, prodigis, furiosis, mente captis, surdis, mutis &c. etiam natu maioribus, *i*. Hi magistratus autoritate minoribus 25. annis, masculis videlicet puberibus, fœminis viri potentibus, præficiuntur *l*.

i *§. furiosi I. h. t. l. si furiosi 25. C. de nupt. l. 1. de curat. furios. Hodiè verò eorum vice quos lex dat furiosis, magistratus*

dare

*dare solent ex inquisitione d.§ 3.vers. sed solent.d.l. 1. l. observare l.sæpè ff.d.t.vt ita omnis curatio Iure recentiore dativa poßit videri.*

l §.1.*dantur a.l.h.t.& §.interdum 3.l.hic.Novell.72. d.pr. Inst. hic.l.1.§.3.ff. de minor 25. ann. l. 3.§. minorem. ff.eod.*

22.

Et non solum his, verùm etiam pupillis, quibus testamento, vel lege, vel à iudice tutor minus idoneus datus est, curator dari solet *m.*

m §. *interdum l.hic l.solet.ff.de tutel.l.9.C.qui dar.tutor.vel curat.l.9.C.qui pet. tut. Quoniam habenti tutorem tutor non datur l.27.de testam. tutel.l.4.C. in quib. caus.d.l. si sororis 9.C.qui dar. tut. poss. Quæ regula tamen perpetua non est.*

23.

Testamento curator non datur: sin verò datus sit, non prius administrandi munus consequitur, quam per magistratum fuerit confirmatus *n.*

n *d.§.1.dantur l.h.t.l.un.C.vbi pet. tut. vel curat. l. si filio l.tutores.ff.de confirm.tut.l.11.C.eod.*

24.

Et dantur curatores universis bonis, quamvis nonnunquam etiam certam ad causam, utputa litem *o* extra quam invitis adolescentibus curator non datur *p.*

o §.*item h.t.l.non tantum 7.de tut.& curat.dat.l.2.C. qui leg.pers.stand.in iud.l.1.§ 1. de posth.*

p *d.§.2.olim enim existimatio accipientium tutores suggillabatur, quasi prodigorum ut rebus suis non bene consulentium Vlp.c.12.Capitolin.in vita Antonini.Potest tamen iudex etiam invitis iusta ex causa curatorem præficere. l.1.de minor.l. 1.C.qui tut. pet.*

Ne

25.

Ne præterea res pupillorum pupillarumvè, & eorum, qui quævè in curatione sunt, minus diligenti administratione decrescant, aut in universum dispereant, curet prætor, ut tutores & curatores eo nomine satisdent q.

De satisdatione tutorum & curatorum.

q pr. I. de satisdat. tut. vel curat. l. cum pupillus 9. & pass. t. t. ff. rem pupill. salu. for. l. generaliter 3. cum seq. ff. de prætor. stip. l. 1. C. tut. & curat. qui non satisd.

26.

Satisdare autem tutores & curatores dicuntur quando rem pupillis vel adolescentibus salvam fore, ita cavent, ut datis hoc nomine fideiussoribus r, hodie etiam pignoribus securi fiant s.

r l. 1. ff. qui satisd. cog l. eo ostendimus §. fideiussores & l. pupillus ff. de fideiuss. tut. l. 1. C. de tut. qui non satisd. l. sancimus C. de administ. tut. l. 1. 2. 3. 4. rem pupill. salu. for. l. 5. Verb. Oblig.

s gl. & Dd. in d. l. 1. ff. h. t. n. & in l. prætoriæ ff. de prætor. stipul. Mynsing. in §. 1. s̃ de legit. agnat. tut. n. 10. VVesenb. in paratit. ff. qui satisd. cog. n. 7. Schneid. I. de satisd. n. 4. per tex. express. l. 1. §. iubet in verb. an pignoribus ff. de collat. bonor.

27.

Ab hoc tamen satisdationis onere eximuntur testamentarii & ex inquisitione dati ob eorum fidem vel à testatore vel à iudice approbatam t.

t pr. I. hic l. 4. l. 17. ff. de test. tut. Investigandum tamen est an patris voluntas duraverit, aut verisimiliter durasse videri poßit. l. in confirmando 8. cum duab. seqq. ff. de confirm. tutor.

28.

Hodiè verò iure novißimo generaliq; omnium ferè lo-

rè locorum consuetudine, ut singulis annis rationes reddere omnes, ita etiam satisdare indistinctè testamentarii scilicet legitimi & dativi coguntur *u*.

u *In recess. Imper. sub tit.* Von der Pupillen *&c. part. 2. Vult. lib. 1. Iurispr. c. 25.*

29.

Pluribus autem datis tutoribus vel curatoribus ne tutelæ sic in diversos deductæ, negocia frigidius gerãtur uni duobusvè, qui contutoribus de indemnitate pupilli satisdent, administratio committi potest, idq́; per testatorem, maiorem tutorum partem, aut per prætorem *x*.

x *§. 1. sed si ex I. hic. l. 4. C. de tut. vel curat. qui non sastisd. l. 18. ff. de test. tut. l. 3. si plures §. apparet ergo de administrat. tut.*

30.

Quod si verò omes omnia bona simul, aut in parteis regionesve divisa singula singuli gerere in animum induxerint, nec alieni periculi succedanei esse velint, non sunt prohibendi *y*.

y *l. 3. §. planè & l. vel in parteis ff. de administ. & peric. tut. & curat. Nam & ipsi non sunt prorsus indemnes: Etenim excussis prius facultatibus eius, qui gessit conveniri possunt. d. l. si plures ff. de administr. & per. tut. & curat. l. quod si forte 14. §. sunt quidam de solut. Mynsing. d. §. 1. n. 3.*

31.

Magistratus porrò qui satisdationem exigere debet si minoribus de tutela curave per idoneam satisdationem, pro officii dignitate, non prospexerit, conventus subsidiaria actione, omne damnum, si quod minores ea propter patiuntur, resarcire cogitur *z*.

z *§. sciendum I. h. t. l. 1. §. magistratus & pass. ff. & C. de magistrat.*

*strat.conven. Dn. Mynsing. ad d. §. sciendum n. 12. l. quoties 5. ff. qui satisd cog.*

32.

Atque hæc subsidiaria actio tam ex prudentum responsis quam ex constitut. Imperial. in heredes quoque extenditur *a*.

a *d. §. sciendum vers. quæ quidem l. 4. & 6. de magistr. conven. l. 2. C. eod.*

33.

Relinquitur huic actioni locus, si excussis tutorum curatorumvé, collegarum tum fideiussorum bonis, minoribus non sit satisfactum: Tunc enim ut dict. ad magistratum ceu extremum subsidium perpessi damni recurrendum. *b*.

b *l. 1. l. 4. C. de magistrat. conven. Cuiac. in parat. ibid.*

## CORONIS.

*1. An pupillus sine tutore auctore contrahendo naturaliter obligetur? Nos in quantum locupletior factus sit, eum naturaliter obligari arbitramur.*

*2. Impuberem pubertati tamen proximum & doli iniuriævé capacem ex delictis obligari posse putamus.*

*3. An transfuga tutor esse desinat? Affirm. placet.*

*4. An minor absq; curatoris consensu obligetur? Affirmative concludimus.*

Coras. 6 Miscell. 2
Cuiac. 2 [illegible]
D 2 101 Cod.

## FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241110-p0013-1

99 A 6904

ULB Halle 3
004 976 38X

TA 7 OL

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241110-p0015-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241110-p0016-8

VII.

CONCLVSIONES

*DISPVTATIONIS VII.*

# DE AVTORITATE TVTORVM, ET NONNVLLIS COGNATIS MATERIIS.

*PETITAE*

*Ex 21. 22 23. 24. tit. lib. 1. Jmp. Inst, iunctis concordantib. I.C. textib.*

QVAS

*Aspirante divini numinis aura*

SVB PRAESIDIO

*Nobiliss. atq; consultiss. viri*

Dn. ARNOLDI DE REYGER I. V. D. ET IN ILLVSTRI SALANA publici Pandectarum professoris dignissimi privati exercitii gratia excutiendas proponit, ac pro ingenii tenuitate propugnare studebit

*XI. Cal. Sextil. hora locoq; solitis.*

IOACHIMVS A LOSS.

IENÆ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.

ANNO CIↃ IↃ XCIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241110-p0017-4